

concepti, & ideo illa proclivitas naturalis inde derivata ad eadem vitia, non reperitur in his. Quod si aliqua ratione pravæ educationis, est accidentaria, & post hec morales catholicos parentum tunc catholicorum imbibitos, & sic est multo facilior vitiis. Et confirmatur, quia in natis post delictum reperitur duplex perversio, & imitatio cauta, altera est proclivitas naturalis ex sanguine infectio contingens; altera vero educatio ab ineunte ætate non parentibus reperitur, & hæc non ab ineunte ætate, & postquam parentes bonis moribus imbuti fuerant. Secundo probatur ex D. August. in Psal. 84. col. a. libro B. ubi: Non eramus iam nos, sed eramus in Adam, ideo quidquid evenit ipse Adam, secutum est & nos. En enim peccata parentum non pertinent ad filios, qui faciunt parentes iam natis filii. Jam enim nati filii ad se pertinent, & parentes ad se pertinent. Et in Dent. quæst. 42. explicans ea verba, Filii non morientur pro patribus, sic ait: Quid est ergo, quod alibi dicitur, Deus reddens peccata patrum in filios, in veritatem, & quartam penam? An de filiis nondum natis illud intelligitur, propter a. riginale peccatum, quod ex Adam traxit genus humanum? Sic autem de filiis iam natis est facta distinctio, ut unusquisque in suo peccato moriatur. Non enim trahit aliquid ex patre, qui iam natus erat, quando pater ejus peccavit. Et epist. 75. ad Auxilium Episcopum, & refertur c. 1. 24. quæst. 3. ubi: Etenim Classicianus filius, est traxit, & parte primi hominis culpam, sacro fonte baptismatis explanatam, tamen quidquid peccatum genuit, peccati patris ejus admittit, ubi particeps ipse non fuit, ad eum non pertinet, quis amittit? Et Gratianus, cujus non est modica auctoritas in c. Non importatur 1. q. 4. (quævis enim in subscriptione tribuatur à Gratiano in textu. D. August. in dicta epist. 75. at quia talia verba non referuntur ibi, sola Gratiani auctoritate) ubi: Non imputatur filii peccata parentum, qui post eorum natiuitatem a parentibus admittuntur. Et idem D. August. epist. 23. Ad Bonifacium, & refertur c. Quæritur de consecr. d. 4. ubi quærit, an peccata parentum filios suos curantiam latere sacrificii damnant, nocent filii? sic ait: Semel regeneratus, per aliorum voluntatem, deinceps non potest vinculo alieni iniquitatis obstringi, qui nulla sua voluntate consensit. Et eadem epistola 23. & refertur cap. Jam itaque, 1. quæst. 4. ubi: Jam itaque cum homo in se ipso est, ab eo, qui genuit eum, alter effectus, peccato alterius sine sua consensione obstringi non potest. Traxit ergo veniunt, quia unus erat cum illo à qua traxit, quando quædam, admittuntur, non autem trahit alter ab altero, quando sua in unguoque propria vitia est. Nec valet adverteriariorum locutio dicentium hæc omnia testimonia intelligenda esse de penis spiritualibus. Primo quia inepta esset differentia inter natos ante, & post delictum. In nepta esset differentia inter natos ante, & post delictum. Cum neutri us necesse subiacent. Ut optime dixit ipsemet D. August. In 7. Penas vero invisibiles, quæ nocent, & non prosunt nullis. Deo iudice pro alienis peccatis luit. Et d. c. Non imputantur, ubi asseritur est non imputari filii peccata parentum, quando antea nati sunt, sed solis natiuitatis, subditur universaliter pro peccatis parentum nullos filios spirituali pena plendens esse. Præterea, quia ratio reddita à D. August. est rationi naturali valde consona, & de omnibus penis æque probat. Quippe similitudine ducta ex naturalibus arguit D. August. Sicut enim naturales parentum defectus non nocent filii ante conceptis, eo quod semel concepti ad se pertinent, & sunt partes separata ab illis, nocent autem filii in posterum natiuitatis, quia non in se ipsi existunt, sed in parentum fecerunt. Sic etiam criminum parentum non possunt nocere filii ante conceptis, sed gignendis. Quæ ratio sicut in defectibus naturalibus probat universaliter, ita etiam in criminibus. Nec valet etiam dicere non potuit D. August. intelligere de penis illatis contra hæreticorum filios, quia post sua tempora flatuere. Non valet inquam tum quia D. Augustinus sententiam suam non restringit ad penas jam statutas, sed explicat, quid rationi consonent, circa filiorum punitionem ob parentum delicta: & sic sua sententia, & penas statutas, & statuendas amplectitur; lex enim eas statuens debet rationi consonare; eo vel maxime, quod cum lex non explicaverit includi in illis penis filios ante natos, nec natiuitatis, sed indefinitè de filiis sit locuta, accipienda est sensus rationi conformis, nempe, ut soli natiuitati claudantur. Ne in dubio interpretemur legem aliquid rationi difformem statuisse: & hoc est quod D. August. voluit. Tum etiam, quia universaliter de quibusvis criminibus atrocibus locutus est. At ante sua tempora puniebantur filii ob aliqua atrocitatem parentum crimina, ut ob seditionem in patriam, vel in principem. Quoniam legum sic punitionem meminit Cicer. epist. ad Brutum 12. & ea quoque apud Macedones vigere, auctore Du. Curt. lib. 6. de gestis Alexandri. Et Quilquius, c. ad Iuliam majestatis, statuens penas filii reorum læsæ majestatis edita est triginta septem annis ante D. August. obitum; quia edita est incipientibus Imperiis Arcadii, & Honorii, ut refertur Ant. Constantini in commemoratio ad dict. I. Quilquius, in princip. Qui imperare cepere anno 396. Ut tradit Greg. Nazianzenus in festis juris civilis, insertis post Justiniani Codicem. At D. August. obit anno 433. ut constat ex eius vita. Tertio principaliter probatur hæc sententia, dudo argumento ex originalis peccati similitu-

dine: nam juxta frequentissimam Theologorum sententiam, si filii aliqui geniti essent ante Adam peccatum, nisi ab eis, aut penæ ex ipsius delicto participarent. Quod si dicatur, aut penæ, quod transmissio originalis, ac ejus peccati in posterum, ortum habuerit ex patre, quod Deus inquit cum Adam, quod fuit respectu naturam post delictum, quare nil mirum, si ante concepti non clauderentur. At evasio hæc est nullius momenti, quia cum Deus nosset nullum filium ab Adam gignendum ante delictum, frustra in eo pacto excepisset filios ante genitos, sed absolute respectu totius posteritatis Adami pactum inquit, & tamen D. August. in locis proxime relatis, & committit Theologi ratione naturali ducti, sub ea posteritatis generalitate judicant non claudendos filios, si qui ante delictum geniti essent; eo quod tempore culpæ patris non essent in eius lumbis, & potentia. Ergo similitur ob eandem similitudinem, & rationem, generalitas textuum punitionum indefinitè filios ob parentum culpam, & est restringenda ad filios postea genitos. Et confirmatur, quia eipso pacto cum Adam initium esse expressè de filiis postea natis, id pactum confirmaret maxime hæc sententiam. Quia esset rationi naturali valde conforme, tamquam à Deo initium, ut soli geniti post delictum clauderentur. Ergo cum jura punitionis filios ob parentum crimina debeant similitur esse rationi consona, debent similitur declarari de filiis postea genitis: eo vel maxime, quod Innoc. III. cap. Vergentis, de hæret. dicat se in horum filiorum punitione imitari divinum iudicium, puniens aliquando temporaliter filios ob parentum crimen. Quarto probatur, quia jura punitionis filios ob crimina parentum læsæ majestatis, sunt valde rigida, & exorbitantia, ac à multis appellatum irrationabilia (quod tamen non approbo, fed constanter affirmo ea esse valde rationi consona) & ideo nullatenus sunt extendenda, sed potius quantum fieri potest, restringenda. Ut docent Baldus, Socin. & multi alii, quos referunt, & sequuntur Aymon. de antiquitate, 4. par. capit. 1. numer. 157. Roland. conf. 74. à numero. 6. vol. 3. Sunt ergo intelligenda de iis, qui propriè, & formaliter sunt horum delinquentium filii: quales non sunt ante concepti, cum quodam contracta est filiatio, parentes non essent tales; sed solum materialiter dicuntur filii talium, id est hominum, qui post generationem committit talia delicta. Quod optime dixit Bart. l. Si Senator, 11. numer. 1. c. de dignitatibus, lib. 12. ubi per illum textum ait filios conceptos ante dignitatem Senatoriam paternam, non dici filios Senatoris. Idemque probat textus l. Ex factis 17. §. Ex factis, ff. ad Trebellian. ubi Jurisconsulti discrimen faciunt inter filios ante, & post patri deportationem genitos, & dicit reputari conceptos post illam, quasi genitos ab alio patre. Et ideo ait hereditate alicui relicta, ut sine liberis decedens restituit alteri, si hæres deperditur, & post deportationem generet filios, eos non facere, ut deficiat conditio, fecus vero de conceptis ante deportationem. Quippe postea concepti reputantur quasi geniti ab alio homine, qui comparatione priorum filiorum reputatur quasi diversus à se ipso, propter qualitatem deportationis generationi illorum supervenientis, ergo clarè Jurisconsultus censet filios ante deportationem genitos, non dici propriè, & formaliter deportati filios, sed impropriè, & materialiter, id est hominis, qui postea est deportatus. Idem etiam probat textus l. Emancipatum 7. in spe. principi, & §. 1. ff. de Senatoribus ibi: Nec enim propriè Senatoris filius dicitur is, cuius pater à Senatorio est, antequam ipse nascatur. Sed si quis conceptus est, antequam pater ejus à Senatorio decessat, natus autem post, magis est, quod Senatoris filius intelligatur, tempus enim conceptiois spectandum plerique placuit. Idemque probat textus, qui contrariè sententiam innuit ad probandum dici filium hæretici natum ante hæresim, qui est cap. Ad extirpandas, de filiis presbyter. Quippe agens de filiis sacerdotum excludendis ab Ecclesia, in qua pater immediate ministrat, non sine mysterio explicat, five geniti sint in sacerdotio, five ante illud, quasi sententiæ textus, solos post illud genitos claudendos, five utrumque membrum non expressisset. Quod si opus fuit utroque exprimere, ut utriusque censeretur exclusi, non ubi agatur de pena aliqua delicti paterni in filios redundante, sed (ut inquit ipsemet textus) ne beneficia quæ successione acquirantur; ne dum id opus erit, ubi filii sunt gravissimi ob parentum delictum puniendi. Quinto ex Concilio Toletano 13. capit. 1. ubi cum parceretur omnibus, qui in infidelitatem incidissent, sic dicitur. Quod ex de filiis eorum decernimus observandum, qui post admittunt scelus nati esse proditores. Ubi supponit conceptos ante parentum crimen nulla venia indigere, quod nulla macula ex parentum scelere participent, ut vel sic suprema fidei auctoritate gaudeat, fuit tamen rationale omnium fere Hispaniarum Episcoporum. Ut fateatur Covarr. relatus, n. 9. pro contrariè sententia) & sic est maxime auctoritatis. Sexto ex l. 2. c. de libertis, & eorum liberis, ubi agens Imperator de libertis in pristinam servitutem redactis causa in gratitudinis, & de filiis, quibus ea nocet, sic ait: Filii, qui postea nati fuerint servitutis, Quoniam illis delicta parentum non nocent, quos tunc ortos esse constituit, dum libertatem perirentur. Et ex leg. Emancipatum 7. §. 1. ff. de Senatoribus,

luis, ubi tempus conceptionis spectandum esse decernitur diducendum; at quia filius Senatoris dicitur, potiusque debeat privilegium hujusmodi filiorum; ut si tunc pater esset Senator, potius, non obstante amotione postea facta. Cui textui innitens Glos. l. D. Marco 11. verbo Alpergir, c. de quaestione, dicit maculam à filio Senatoris contractam non nocere filijs antea per eum genitis, quominus potiusque privilegio concessis posteritati Senatoris sui avi. Nec valet solutio tradita à Covarr. relato, n. 9. nempe, in his textibus esse fermonem de privilegiis in filios ratione conceptionis à parente transmissis, quas utpote jam acquisitas nequeant ob parentum crimen amitti. Quippe eadem prioris ratio suadet, habilitates, & jura omnia ad officia, & beneficia, & reliqua, quæ semel conceptis filijs jam acquisita perdidit sunt, non auferri per delictum patris superveniens: factis quando antecessit delictum paternum, ut contingit in filijs post illud conceptis. Quia cum tempore delicti paterni hi filii nullum jus ad hæc acquisissent, utpote qui geniti non erant: sed à tempore conceptionis, erant acquisiti; hoc jus nondum acquisitum tollitur multo facilius, seu ejus acquisitio impeditur ob delictum parentum. Septimo ex l. Filium, ff. de Senatoribus, ubi: Nam quæstia dignitas liberis, propter casum patris aufervenda non est. Et l. Generali, ff. de ritu nuptiarum, ubi: Dignitas filii quæstia, propter crimen patris non est aufervenda. Et §. Sed est, inquit, de ingenuis, ubi: Si mater libera concepit, deinde facta ancilla pariat, placuit enim qui nascitur, liberum esse. Quia non debet calamitas matris in nocere, qui in utero est. Ubi Porcius rationem hujus reddit, quia proli jam conceptæ erit quæsitum ingenuitatis jus, quod sequens matris calamitas auferre nequit l. ad quod nostrum, ff. de regul. juris. Sic ergo cum proli ante parentum delictum conceptæ sit plenum jus habilitatis ad officia, beneficia, honores, &c. acquisitum, et nocere non poterit legens parentum calamitas. Octavo probatur ex l. Finali, tit. 31. p. 7. ubi: Et si quis ante natus non deceat recipi pena per el erro del Padre. Et l. 6. ad fin. tit. 27. p. 2. ubi loquens text. de penis, & quæ filii ob crimine læsæ majestatis paternam incurunt, ait: Etenim non est de penis de his qui existunt hæc ante concepti, sed. Calos dicitur quæ fallaron los antiguos de Espana en todas las cosas, ali de poficion pena à los filios por razon de sus padres, siempr guardaron esto, que no huviesen pena los que antes avian que el hecho male fexiesen. Nec valet solutio, quam in fine illius tradit Gregor. Lopez, dicens intelligi de exilio ibi statuto contra hujusmodi filios, non autem de reliquis penis; tum quia nulla est major ratio de hac pena, quam de aliis; tum etiam, quia ratio tradita, ubi: Los dicitur quæ fallaron los antiguos &c. loquitur aperte in omnibus penis. Nec valet etiam dicere (ut respondit Covarr. relatus, num. 9.) hæc legem non se extendere ad penas jure canonico in filios hæreticorum statutas, ne mittat falcem in mestem alienam. Quia rationi naturali innixi viri sapientissimi illius legis conditores censuerunt penas ob parentum crimen in filios illatum non extendi ad filios ante natos. Quod tam de criminibus læsæ majestatis, quam de hæresi censere poterunt; cum utrumque jus eisdem verbis, eodemque tenore, & ob eandem rationem, penas in hos filios statuerit. Et confirmatur ex l. 3. tit. 8. lib. 8. non recipit, regis, ubi: Però necios que ningun traidor, ni alveño, ni sus hijos que huviesen despres que hizo la traicion, o alveo, no pueda retor à otro. Ultimo probatur, quia filii concepti ante paternam dignitatem, l. Si Senator, 11. c. de dignitat. lib. 12. & l. Si decurio 3. c. de decuriis, lib. 10. & l. Decurii, & l. penul. c. eod. tit. ubi: Tam ipsi, quam liberi eorum post ejusmodi adeptam dignitatem procreati. Et l. ult. eod. tit. ubi: Sanguis posteritatis, quam postquam meruerit dignitatem, vel actum gesserit, edidit, anterioribus filijs in conditione præstata remanet. Ubi Baldus, num. 1. ait textum hunc locum de privilegio, quod competit patri, deciditque id non derivari ad filios ante genitos, eo quod certam conditionem habere cœperint. Et l. 1. tit. 1. lib. 6. non recipit, regis, ubi: Los hijos que huviesen auido antes de la canonizacion, no gozan de la exemptione de privilegio de sus padres. Quod juri communi consonante latè probans, & alios referens, adiuvat Covarr. lib. 2. var. c. 8. num. 5. Si ergo filii ante geniti non possunt parentum honores, multo minus ob eorum delicta plebii debent. Atque illo honoribus gaudent, non inde grati possent, eos quoque; penis plebii. Tum, quia favores sunt ampliandi, penæ autem restringendæ. Tum etiam, quia rationi conforme esset, ut in dignitate paternæ, rerumque bene gestarum præmium, disponerent hæc leges, ut illa parentum præmia porrigantur ad filios ante natos; at rationi difformiter, ut penæ delicti paterni porrigerentur ad filios ante natos, qui nec pars parentum, nec in eis tunc erant, sed quasi res omnino ab illis separata. Prius enim spectat ad lucrum, & præmium, quæ pro sua libera voluntate potest princeps concedere. Posterius autem ad delictorum penas, quas infligere nullatenus valet, nisi si juxta delicti meritum. Et ideo hæc sententiam suffinent loquentes in crimine læsæ majestatis, verum, quem refert, & sequitur Cyn. l. Quilquius, num. 2. §. 2. c. ad Iuliam majestatis, & ibi Anselmi, num. 5. Faber num. 2. Dionys. Carostred. sua glo. juris civilis ibidem, & l. 1. c. de Cardinalibus in c. Vergentis, in fin. de hæret. Lucas Penna, l. 1. num. 8. c. de penis honorum sublati, lib. 10. Alichius in antiqua editione, conf. 467. num. 18. in notis, lib. 7. conf. 19. num. 18. Summa Th. Sanchez, Pars 1.

Julius Scavlatin, inter consilia criminalia Zileti vol. 1. consil. 113. n. 3. Tractatus inveni autoris de crimine læsæ majestatis, tom. 9. 7. An. Gomez l. 9. Tauri, n. 51. paulo post principium. Onofius l. Emancipatum, n. 4. ff. de Senator. & l. Adoptivum, n. 4. & §. ff. de in jus vocando, Glanus in concordia juris, l. 1. verbo Filius, n. 68. Villalobos in antinomia juris civilis, & regis, l. 1. verbo Filius, n. 45. quamvis dicat hoc esse propter jus regium Hispaniæ; nam attentio juris communi dicit contrarium. Ficaridus in additionibus ad communes opiniones Villalobos, l. 1. verbo Filius, n. 70. habetur in impressione Veneta harum communium opinionum. Martini singulari 2. n. 2. Et quamvis videantur hi Doctores in crimine hæresis nil probare; quia argumentum à minori ad majus negativè non valet; & ideo cum crimine læsæ majestatis sit multo levius hæresi, non rectè deducitur, propter illud crimen paternum non puniuntur filii ante delictum geniti, ergo nec propter hoc. At re vera idem sentiunt in hæresi, nam textus eodem prolixius tenore, & verbis, ac ob eandem rationes, & ob utrumque paternum crimen puniunt filios, & ideo consequenter loquentes debent idem in utroque crimine censere respectu proli ante delictum genitæ. Atque de utroque crimine loquentes tenent opinionem l. in n. 32. & dicitur sequenti, ff. ad Syllaniamum, & tractatus aut Rex Franciæ retrofocant superiorem, n. 11. Montalun l. 6. in fin. tit. 27. p. 2. Suar. in notis salvo receptarum sententiarum, l. 1. verbo Filius, n. 226. ubi loquitur in crimine læsæ majestatis, & l. 1. verbo Hæresis condemnati, n. 117. ubi loquitur in hæresi, & Navarr. lib. 5. conf. in 2. editione tit. de hæresis, toto conf. 23. Julius Clarus lib. 5. receptarum, in pract. crim. §. Hæresis, num. 17. in fine, ubi de hæresi loquitur, & §. Læsæ Majestatis, n. 12. ubi loquitur in crimine læsæ majestatis. Bonaccia in suis communibus opinionibus, verb. Fili ante delictum patris, ubi loquitur in crimine læsæ majestatis, & verb. Hæresis bona, ubi loquitur de hæresi. Ant. Gomez in 1. editione, & in novissima anni 1587. tom. 3. var. c. 2. n. 16. in fine, dicens in Hispania propter jus ejus regium hæc sententiam esse tenendam quamvis jure communi attentio dicat contrarium esse veriorum. Pelaez de Merce de majoribus, in 1. editione p. 2. q. 4. l. 1. l. 1. l. 1. Molina lib. 4. de primogen. c. 11. n. 55. Tola de penis delictorum, l. 21. conf. Secundo puniuntur, & Cavallos in suis communibus opinionibus, q. 653. n. 12. & sequentibus, Villalobos in foro juris, in prologo l. 11. n. 29. & multis sequentibus, Molina Societatis Jesu tom. 3. de justit. p. 1. disp. 658. num. 21. Atque in utroque crimine videtur clarè loqui Cifuentes l. 4. Tauri n. 3. verbo Secundo modo limitari, ait enim textum in l. Quilquius c. ad Iuliam majestatis, & similes imponentes filii penas ob parentum delicta, non claudere filios ante natos. Dixi videtur, & non clarè loqui de hæresi, quia locutus est de legibus, & non meminit juris canonici; ac credo cum voluisset utrumque jus claudere. Idem videtur clarè sentire Angelus l. Adoptivum, §. Patrem, nu. 3. in fine, & ff. de in jus vocando, ubi hæc ait: Puniantur filii postea nati in crimine hæresis, & læsæ majestatis, tamquam ex infecto sanguine nati, Dixi videtur, quia non expressè id dicit, sed ludoque argumento à contrario sentit. Quod non procedit in Doctorum sententiis, ut bene tradit Ferrandus in suis notis, loco à contrario sentit, n. 47. At videtur clarè hoc sentire in ratione, quam suse sententiæ tradit, nempe, filios postea natos procedere ex sanguine jam infecto: quæ ratio nullatenus competit filijs postea natis. Atque in crimine hæresis id tenent Archidiaz, c. Non imputantur, Batim in principio 1. q. 4. ubi cum textus dicat filios non imputari peccata post eorum natiuitatem à parentibus commissa, hæc ait: Hæc verba determinant cæteras Decretales, quæ penas parentum filijs irrogandas dicunt. Et ibi citatur Bellamora, sed falso, nil enim dicit Calderius toto conf. 3. tit. de hæret. Anganis c. Vergentis, n. 18. de hæret. Trapposius cap. Quo jure, col. 3. versicul. Nota ulterius, Glos. ibi, fecus si essent nati ante hæresim paternam d. 8. Thraquellus de jure primogen. q. 31. n. 4. Decianus in sua præf. lib. 5. c. 45. n. 5. limitatione 11. Simancas de cathol. justit. tom. 29. n. 23. & in Exorbitant judicium tom. 63. n. 10. Albanus in lucrationibus ad Barolam, notitia de hæreticis, n. 9. Joann. Marianus Dominicus in quodam consilio, quod habetur apud Umbertum Locatum post præviam judicariam inspectionem, inter casus diversos discutios à diversis jurisperitis, post casum 13. in conf. 2. ubi postea, vers. Dicitur filii, Bursatus conf. 289. n. 8. vol. 3. Lara, quamvis non ita determinat loquens l. Si quis à liberis, §. Si quis ex his, n. 46. & 47. ff. de liber. agnos. de veris de Lodesima 2. tom. summa, tractatu 1. c. 6. post consuetudinem 17. difficultate 1. Emanuel Sain sua summa, verbo Hæresis, in n. 4. Menechius in consil. 137. nu. 7. & 8. vol. Enriquez l. 12. de irreg. c. 5. n. 4. Manuel dicens sic iudicatum in multis hujus regni tribunalibus, in 1. tom. sum. in 2. edit. c. 130. num. 5. Citatur Flaminius de resignatione beneficiorum, l. 3. q. 1. n. 14. in fin. ubi tantum dicit filios hæreticorum post paternam hæresim natos, non posse, absque dubio possidere beneficia. Et ideo immerito citatur per hæc sententia, Quia est ex Doctorum dictis valeret argumentum dudum à contrario sentit, tantum ex eo possit deducti non esse indubitum, sed sub iudice, an nati antea possent beneficia possidere. Allegatur etiam Dominicus ep. 2. §. Hæresis, in fin. de hæret. in 6. ubi hæc questione nota nil dicit, sed solum dicit consensendum esse de hæc sententia, loco proximè allegato. Quare parum faveat hic Castellus, loco velis dicere favere, quæc remittens ad Calder. qui est huius



22 Circa quam limitationem non modica est difficultas, quid dicendum sit de filiis, & nepotibus eorum, qui catholici obunt, at traduntur brachio seculari comburendi, eod quod relapsi sunt. Quidam eximunt hos à penis. Ducuntur, quod cum parentes catholici obunt, sunt necessarii abolvendi à cœnura, per quam abolitionem reincorporantur ecclesie, & sic reincorporati obunt. Quod petit textus ad eximendos filios, & nepotes à penis. Et confirmatur, quia hæc reincorporatio apparet spiritalis, non autem corporalis, per quam illorum vitæ pariter. Adde textum non petere, ut sic hæretici exequantur penitentiam sibi injunctam, sed ut exequantur, vel exequi parati sint. At hi parati sunt. Et hæc sententia est probabilis, & illam, tenent Dominicus eo cap. Statutum in fine, Montalvus lib. 2. vers. Notant tamen, & vers. sequent. tit. 26. parte septima, Simancas de instr. catholicis tit. 29. numer. 17. Canteria in questionibus criminalibus titulo, de questionibus tangentibus punitionem delictorum capite primo, numer. 13. Villadiego junior in foro iuriso, in prologo, libro 11. numer. 58. & 59. in fine, Enriquez libro 14. de irregularitate cap. 5. numer. 4. Eiusdem sententia videntur alii dicentes tunc filios has penas incurrere, quando parentes in hæresi obiere. Hi sunt Navarrus summa capitulo 27. numero 205. Martinus de Ledesma 2. parte 4. quest. 26. articulo 2. ubi de irregularitate fel. 364. Castro libro 2. de iusta hæret. punitione capitulo ultimo, & lib. 1. de legationibus capitulo 7. documento 2. crollario 1. Repertorium inquisitionum, verbo Fili, Marquis libro 5. de irregularitate capitulo 46. numer. 5. Toledo lib. 1. summa cap. 25. numer. 8. Valentia 4. remota 3. parte disput. 7. quest. 19. puncto 3. in 3. specie irregularitatis, Espinosa lib. 2. in summa, verbo, Irregularitas, ubi de irregularitate ad defectu animæ, numer. 2. Manuel. 1. remota summa, in 2. editione 4. 160. n. 2.

23 At probabilis est eos incurrere. Ducor, quia textus dicit, cap. Statutum, peti parentes hæreticos re incorporari Ecclesie, paratos penitentiam injunctam subire. Quod iuxta communem loquendi modum intelligitur de incorporatione per abolitionem solemnem, ac juridicam, qua ad penitentiam implendam juridicè admittuntur. Præterea quia relaxatus brachio seculari, quamvis convertatur, præsumitur in hæresi decedens, & licet consistens timore, ne vivus comburatur, & ideo absolutio solennis, & juridica sibi denegatur. Et ideo hanc tenent sententiam, Glossa eo cap. Statutum, verbo Reincorporatos, & ibi Joannes Andreas in fine, Francus in fine, Simancas mutans sententiam, in Enchiridio iudicum tit. 63. numer. 7. Rojas tractatu de hæreticis 2. p. num. 337. penam in directorio inquisitionum 3. par. commento 164. Texian in pract. lib. 5. cap. 45. numer. 3. vers. Amplius etiam, Ombertus Loquens in præiudicialia inquisitionum, verbo Hæretici, libro 1. cap. 1. numer. 2. & lib. 8. recapitular. regia tit. 2. l. 3. numer. 26. Paranus de origine inquisitionis, l. 3. qu. 9. numer. 206. & 207. Ovella de censuris p. 7. disp. 4. dubio 3. Lohus Zeechius in sua summa tractatu de fide, cap. 11. de hæresi, numer. 16. post duodecimum hæreticorum panam, vers. Secundo limitatur, Azor. tom. 3. institutionum moralium, lib. 8. cap. 13. post questionem octavam in octava hæreticorum panam, vers. Quod autem, & remota 2. tit. 6. cap. 4. questione tertia, vers. Dubis etiam gustentur est, an filii hæreticorum, Suarez quinto tomo, in tertia parte, dispositione quadragesimatercia section. tertia, numer. quarto. Et videtur hujus sententia Molina tomo tertio de iustis. part. prima disput. 658. numer. decimo nono, vers. Fili tamen, ait enim quamdam legem regni de qua dicemus numero vigesimo sexto, & reddentem inhabiles filios hæreticorum, qui brachio seculari traduntur, concordare cum dicto cap. Statutum, ac proinde videtur sentire decretum in eo e. Statutum comprehendere filios quorumvis hæreticorum, qui brachio seculari traduntur comburendi, quantumvis catholici decedant.

24 Hinc deducitur idem dicendum esse de filiis, & nepotibus eorum, qui quamvis relapsi non sint, & ad fidem redeant, traduntur tamen brachio seculari comburendi, eod quod hæreticæ fuerint, vel qua convicti de hæresi, illam negant. Quia cum similiter hi non admittantur ad solemnem reincorporationem, militat in eis eadem proflus ratio: & maxime in his negantibus, qui iudicio Ecclesie obunt in hæresi, de qua sunt convicti, quidquid ipsi negent. Sic aperte sentiunt universi relati numero præcedenti in ratione, quam tradunt, & in propriis terminis docet Suarez ibidem relatus. Et quamvis Canteria (ut numero vigesimo secundo cum retuli,) sit contrarie sententia quando parentes tanquam relapsi comburantur, ut eodem capite primo, n. 12. est hujus sententia, quando parentes comburantur, eod quod negant, & casu 2. quando comburantur, eod quod non plena conversionis eorum satisfactio habetur, 25 Imò caudicibus quidam doctus, (ut refert Simancas de catholicis inquisitionibus, tit. 6. sexagesimo quarto, numero nonagesimo sexto,) defendebat penas extendi ad filios, & nepotes facti testis in causa fidei, qui ob hanc causam brachio seculari traditus est, ut comburatur. Quippe hi filii hæreticorum æquandam sunt. At merito id reprobat Simancas ibi, quod ea in penis illis extendi nullo jure probetur: ac parentum delicta sint valde dissimilia.

26 Secundo deducitur intellectus ad legem 2. tit. 2. lib. 8. nova resp. ibi: Mandamus que los hijos, y nietos de los quemados, y condenados por heregia hasta la segunda generacion por

hinc masculina, y hasta la primera por linea femenina, no pueden servir, &c. Ubi non solos filios combullorunt, sed etiam damnatorum ob hæresim, quales sunt reconciliati, videtur excludere ab officiis publicis. Atque ponit Princeps in suo regno extendere penas ultra jus canonicum, quo ad officia secularia. At dicendum est intelligi iuxta d. cap. Statutum, ut iurium correctio vitetur, nimirum, ut ea verba intelligantur copulativè, id est, quando parentes ita condemnati sunt, ut ad penitentiam non admittantur, sed traduntur brachio seculari. Ita Molina to. 3. de iust. p. 1. disp. 658. n. 19. in fine, & quamvis non ita clarè Azor. 2. l. 3. n. 28.

SUMMARIUM.

An exigatur sententia condemnans parentes ob hæresim, ut filii, & nepotes incurrant penas irregularitatis, & inhabilitatis ad beneficia? Refertur duplex sententia, n. 27. Explicatur sententia Auctoris, n. 28. Quid si parentes suspecti de hæresi obierint? n. 29. An filii denuntiantes inquisitionibus parentes evadant penas? numer. 30.

27 QUÆSTIO ultima. An exigatur sententia condemnans parentes hæreticos, ut filii, ac nepotes, incurrant penas irregularitatis, & inhabilitatis ad beneficia? Quidam, quos tacito nomine refert Azor. tom. 2. instit. moral. l. 6. cap. 4. qu. 3. vers. Alii vero, ajunt comprehendendi solos filios eorum, qui ante obitum fuerint iudicis sententia damnati, tanquam hæretici, vel fautores, vel defensores, vel receptoros hæreticorum. Ipse vero relata hæc sententia, & ea, quam non sequitur statumens, ait neutram sibi placere, sed dicendum esse, sufficere, si filii constituerint suos parentes in hæresi peritissime usque ad mortem, ita ut illis sit manifestum eos hæreticos decelisse, id est, ab hæresi non absolutos. Nam cap. Statutum, 15. de hæresi, 6. dicitur filios eorum, qui probantur in hæresi obisse, incurrere: satis ergo est, si obitus parentum in hæresi sit filii manifestus. Et statim querit ibi Azor. quid si parentes obierint correcti, quia ante obitum respuerunt per manifestum cordis penitentiam, sed non fuerint ab hæresi absoluti? Et respondet non sufficere, ut filii evadant has penas. Quia id cap. Statutum, petit ultra parentum emendam eos Ecclesie reincorporatos decelisse. Sicut enim (inquit) hæreticus, quamvis occultus, non per hæresim sola mente conceptam, sed per solam externam eam irregularis, & inhabilis ad beneficia, examini respicitur per penitentiam: Ita filii hæretici non est benefici capax, si pater obierit Ecclesie non restitutus.

28 At dicendum est non desiderari sententiam iudicis parentes damnantis, sed satis esse, si constet parentes hæreticos esse fautores, defensores, aut receptoros hæreticorum, per propriam parentum confessionem in iudicio, vel per evidentiâ facti. Quia id importat ea verba textus d. cap. Statutum, ubi loquens de hujus criminis qualitate in parentibus requisita, sit: Qui tales esse, vel tales etiam decelisse probantur. Ubi verbum, probantur, est verbum iuris, quali textus dicat filios eorum, quos in hæresi decelisse notorie constitit, sive sententia iudicis, sive evidentiâ facti, sive propria in iudicio confessione. Quare si hæreticus non fuit aliquo horum modorum notorius, sili & nepotes ejus, nec sunt irregulares, nec benefici incapaces. Ita tradunt Suarez 5. tomo in 3. p. disp. 43. numer. 2. Sayro de censuris, lib. 6. cap. 10. numer. 40. Azor. tom. 2. instit. moralium lib. 8. cap. 13. post quest. 8. in 8. pena hæreticorum, vers. Deinde quæres: ubi bene addit satis esse, si eos parentes sit manifestum tales esse in his locis, in quibus vivere, aut vixisse constat. Quamobrem satis esse arbitror, si nunc parentibus viventibus notorium sit eos hoc crimine affici. Quia textus d. cap. Statutum, petit disjunctivè, qui tales esse, vel tales decelisse probantur. Ubi gl. verbo, esse, ait: Esse nunc, quia vivunt. At si postea parentes emendati sint, ac Ecclesie unitati reincorporati, cessabit prædicta filiorum pena. Quippe cessat causa, & dependenter ab hac conditione eam penam jus infligit. Nec credo existigi, quando parentes ad iudicium non delati sint, ut sine iudicio sententia reincorporati Ecclesie, sed satis est, si constet jam eos catholicos esse, & emendatos. Quia cessat infamia, cui textus innotuit. Unde optime Suarez ea lect. 3. numer. 1. ait voluisse textum constituere discrimen inter ipsammet parentum criminis reum, & ejus filios, ut ille, quamvis Ecclesie reconciliatur, maneat adhuc irregularis, donec cum ipso dispentur: hi autem dispensatione non indigent post parentum reconciliationem. Nec incurrent has penas filii hæreticorum, qui tales publicè decelisse abique infamia nota, ut si obiere in natione hæreticis infecta. Ita docent Enriquez lib. 14. de irregul. cap. 5. numer. 4. Emmanuel Sa in summa verbo Hæresis, numer. 4. Et ratio potest esse, quia dum parentes non sunt damnati, sed sola facti evidentiâ sunt hæretici, incurrant has penas filii ratione infamie facti, ac proinde cessante ea diximus non incurrere: in prædictis autem locis, cessat infamia.

29 Quid si roges, an idem iuris sit de filiis eorum, qui obiere suspecti de hæresi? Azor. tomo 2. institutionum moralium, lib. 6. cap. 4. qu. 3. ver. Si roges, dicit idem iuris esse, si constitit eos parentes tales decelisse. Et hoc mihi durum videtur: quia textus d. e. Statutum, de solis hæretici decedent.

dentibus loquitur & cum res sic penalit, non debet ad suspensio de hæresi extendi.

30 Tandem id mouerunt. Filii denuntiantes inquisitionibus hæreticos parentes, evadent omnes penas ipsis ita rebus. Ita refertur quamdam Federici constitutionem, & dicitur esse à variis Pontificibus confirmatam, tenet Penna in directorio inquisitionum par. 2. cap. 14. commento 15. vers. Hoc addidit, & 3. part. commento 164. vers. In filii vero, Idem Castor. l. 2. de iusta hæreticorum punitione cap. 26. Simancas de cathol. instr. tit. 29. numero 47. Rojas in singularibus fidei, singulari 12. numero 5.

CAPUT XXVIII.

De infamia, irregularitate, inhabilitate ad beneficia, ac eorum privatione, jure decretis, adversus filios hæreticorum, receptorum, fautorum, & defensorum.

SUMMARIUM.

Quot questiones disputandæ sunt? numer. 1. An filii, & nepotes committentes crimina læsa majestatis humane, sint infames attono jure communi? numer. 2. Quid attento jure regio, & quid de fidelibus? numer. 3. An filii hæreticorum sint infames? Refertur quædam sententia, numero 4. Explicatur sententia Auctoris, numer. 5. Post numer. 5. invenies alia summaria.

1 Superioris capite differunt esse de qualitate filiorum hæretici, fautores, defensores, & receptoris, & de qualitate parentum, ut filii penis subiciantur. Jam in hoc, & sequenti, agendum est in peculiari de penis, quas incurrant concurrentibus omnibus conditionibus penis in cap. præced. In presenti ergo de triplici pena est triplex questio. Prima est, de infamia. Secunda, de irregularitate. Ultima, de inhabilitate ad beneficia eorumque privatione.

2 Questio prima. An filii hæreticorum, fautorum, defensorum, & receptorum, sint infames? Præmittere oportet quid in hoc fit jure statuto circa filios, & nepotes committentes crimina læsa majestatis humane. Et quidem infamia affici constat ex l. Quisquis, §. 5. Filii vero, C. ad leg. Juliam majestatis ubi infamia eos paterna semper comitetur. Et quamvis de solis filios loquatur, quorum nomine in materia penis non clauduntur nepotes, per viam virilem. Quia consilium Federici, quam cap. seq. numer. 12. referimus, infamiam hanc ad omnes posteros extendit, & solum est restricta per cap. Statutum, 15. de hæresi, 6. ad posteros per viam feminæ, usque ad primum gradum, & per masculinam, usque ad secundum. Et ita docent Cyn. Bald. Alb. Sait, quos refert, & sequitur Covarr. 2. var. cap. 8. numer. 2. Jul. Clar. lib. 5. receptorum sententiarum in pract. §. Læsa majestatis, numer. 13. Anz. Gomez in tomo 3. varior. cap. 2. numero 15.

3 Quidquid tamen fit attento eo jure, attento jure regio Castellæ, hæc infamia soliti filii afficiuntur. Quia l. regia 2. tit. 2. part. 7. solis filii hæc penam imponit. Et ita docent Greg. Lopez ibi, vers. Solus filius, §. Molina tom. 3. de iustis. part. 1. disp. 658. numer. 20. Et videtur clare tenere aliter Molina de primogeniis, lib. 4. c. 11. numer. 50. dicens enim filios, & nepotes hæretici incurrere inhabilitatem ad officia, & filios rei læsæ majestatis humane, quasi contrarium de nepotibus sentiens. Imò illa lex regia 2. affici hæc infamia, sibi: Sus filios que se an varones. Atque ita advertit Molina ea disp. 658. numer. 20. Quare dum lex regia 6. tor. 13. part. 2. affirmat crimina læsæ majestatis humane reddere infames omnes de progenie delinquentis, intelligitur de sola facti infamia, qui omnes in minori æstimatione habentur, ac minus apti ad officia, & dignitates reputantur. Ut bene docent Greg. Lopez eadem d. l. 6. verb. E todo, Molina eadem disp. 658. numer. 20. Quid autem si tempore delicti paterni erant filii clerici, dicemus, numer. 18.

4 Difficultas autem est de filiis hæretici, receptoris, fautoris, & defensoris, an similiter sint infames? Quidam affirmant. Ducuntur primo, quia e. 2. Hæretici, de hæreticis, in 6. redduntur hi inhabiles ad officia, & beneficia, quod est infamia. Secundo, quia crimina læsæ majestatis humane ac pena afficit divinæ. (Ut numero 2. diximus) Ergo à fortiori crimina læsæ majestatis divinæ. Quippe hoc argumento utitur Innocent. III. c. Vergentis, vers. Cum enim, de hæreticis, ad probandum bona hæreticorum publicari, quia id est de crimine læsæ majestatis humane statutum est, quod id multo de crimine læsæ majestatis divinæ. Et confirmatur, quia Doctores non penitentis affirmant, regulariter valere argumentum à crimine læsæ majestatis humane ad hæresim, affirmative ductum. Hi sunt Ipenus l. Nec cessarios, §. Non alius, numer. 44. ff. ad Silvanian. Decianus in sua practica, lib. 3. c. 26. n. 7. Sarras de alimentis tit. 7. qu. 14. numer. 21. Et videtur favere gl. l. Manicheos, verb. Subire, C. de hæreticis, ubi ait simile esse crimen hæretici criminii læsæ majestatis humane. At verè non favet, quia in eo similia esse ait: quod utriusque accusatio possit post mortem poni. Et favent Salycetus aut. Cazavos, in fine, C. de hæret. afferens enim filios hæreticorum non succedere parentibus, eam reddit rationem, quod idem contingat in crimine læsæ majestatis, Et Beronius conf. 114. numer. 55. vol. 1. ubi ait à pari procedere utrumque crimen. Et Lucas de Penna l. Quisquis, col. 2. vers. Utrum autem, C. de bonis petitis, lib. 10. ubi ait in criminibus læsæ majestatis procedi ex similibus ad similia. Videturque favere Greg. Lop. l. 2. verbo Dore, in l. 2. part. 7. ubi ait, et si possit argui ex crimine læsæ majestatis ad hæresim, ut statutum in l. 10. censetur quæque in hoc statuti: negari autem est contra argui. At re vera non favet: quia non affirmat posse priori modo argui, sed data hypothese illud argumentum valere, non valere è contra. Atque videtur etiam idem favere l. 4. in fine titul. 26. par. 7. ubi ait, cum statutum sit ob læsam majestatem humanam, publicari bona à die commissi criminis, multò fortius id in hæresi statuumum. At re vera non favet, quia non ait idem fore in hæresi, si in ea non esset expressè decium: sed solum ait iustum fore, ut ita statuatur. Et ideo in propriis terminis prædictos filios esse infames, tradunt, Cov. l. 2. varior. cap. 8. numer. 1. in fine, Castro lib. 2. de iusta hæret. punitione cap. 9. Antonius Gomez l. 40. Tansi, numer. 91. vers. Tertio, & principaliter, Simancas de cathol. inquisitionibus tit. 9. numer. 268. & tit. 29. numer. 14. Canteria quæst. criminalibus, tit. de qq. tangentibus punitionem delicti, cap. 1. numer. 11. & cap. 2. numer. 11. Azor. lib. 8. recopilations regie tit. 2. l. 1. numer. 171. & l. 3. numer. 34. & 35. Paranus de origine inquisitionis, lib. 3. qu. 9. numer. 206. & 207. Penna in directorio inquisitionum n. 9. commento 4. vers. Hoc autem infamia, Molina tomo 3. de iusticia part. 1. disp. 658. numer. 25. Enriquez libro 14. de irregul. cap. 5. numer. 4. Villadiego junior in foro iuriso, in prologo, l. 11. numer. 59. Atque Canteria, & Azor. dicunt idem de nepotibus via virili.

5 At verus est, eos non esse infames. Quod probatur destruendo fundamenta contraria: Primo, quia nullo jure hæc infamia statuta est. Quippe inhabilitas ad officia, & beneficia statuta cap. 2. Hæretici, de hæresi, in 6. cui contrarij innotuntur, non est infamia, sed quoddam quali irregularitatis genus. Atque juris infamia non hunc locum, sed multos alios effectus producit: reddit enim infames inhabiles ad testimonium ferendum, & ad alia plura: de quibus habetur c. Non parati, & sequentibus 2. q. 7. & c. Iustitiam, c. Licet, de rebus, & c. Licet, de probat. Quos tamen effectus nequimus hæreticorum filios tribuere. utpote qui nullo jure probantur infames. Secundo, quia cum pena, præter illam, que filios innocentes ob parentum delicta irrogantur, sint odiose, & à regulis juris communis valde exorbitant, non sunt extendendæ ultra casus expressos. Ad nullam hæc pena statuta est in hæreticorum filios, sed contra filios rei læsæ majestatis humane. Non ergo est ad illos extendenda. Et confirmatur ex doctrina Bartholomæi in l. Quisquis, §. Finali C. ad l. Juliam majestatis, contra filios rei læsæ majestatis humane, ait in penalibus non fieri extensionem, maxime contra delinquentes: eod vel maxime quod ibi aliquæ penas ipso jure inferantur, in penitentiæ ipso jure illatis non fiat extensio ex rationis similitudine. Et refert pro se Joannem Andream, & Balzum. Et ex doctrina Gygant. tractatu de crimine læsæ majestatis, lib. 3. tit. 2. de penis, quas incurritur filii committentes id crimen, in 7. in fine, qui cum dixisset valere argumentum affirmative ductum à crimine læsæ majestatis ad hæresim, concludit æquiparationem nem inter hæc duo crimina hæc locum in his filiis, que nem inter hæc duo crimina hæc locum non exprimat æquiparationem quo ad hæc penam, non est asserenda. Et ex doctrina tractatus inveni auctoris de crimini læsæ majestatis quasi 6. titra tractatus inveni auctoris de crimini læsæ majestatis quasi 6. numer. 22. qui cum dixisset hæc duo crimina æquiparati, subdit aliis relatis non fieri interpretationem in æquiparatis ad penam extensionem. Et ex doctrina Gregorii Lopez l. 9. verb. Evaras ende tit. 31. p. 7. ubi ait nunquam delictum patris filii præjudicare, nisi in casibus jure expressis. Cum ergo hæc casus non sit jure expressus, non est asserendum. Et amplius confirmatur, quia ex majori criminis gravitate optime deducitur rationi consonum esse penam minoris criminis imponitam, & imò majorem statuendam contra gravius crimen: non tamen bene deducitur ad gravius crimen ea pena plecti, si jure non sit imposta. Tum quia pena non est imponenda, nisi in jure sit expressa, cap. l. qui, de sent. excomm. in 6. Tum etiam, quia (ut optime considerat Cov. lib. 2. varior. cap. 8. numer. 4.) sæpè variis ex causis majora crimina levioribus penis plectuntur: eod vel maxime quod jus canonicum se mitius habeat in puniendis delictis, quam jus civile. Nam quantumcumque reum læsæ majestatis humane peniteat peccati, jus civile non eximit cum capitali pena, nec filios ejus penis contra ipsos statuit. At hæreticis penitentibus non relapsis, donatur vita, & illi evadunt penas. Ut diximus cap. præcedenti numer. 21. Imò ipsimet jus civile se habet mitius in puniendis hæreticorum filiis: liquet de l. Cognovimus 11. & authentic. idem est de Negrosiani C. de hæreticis, catholicos hæreticorum filios efficit habiles ad successionem in parentum bona: cum tamen filios rei læsæ majestatis humane excludit non à sola parentum, sed etiam ob omnium propinquorum successione. Ut constat ex dicta l. Quisquis, §. Filii vero, Tandem quia si bene inspicatur textus